



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CXC. Nicolaus, Bischof von Camin, bestätigt die Dotation eines Altares in
Prenzlau mit 2 Hufen in Klinkow, am 2. September 1402.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CXC. Nicolaus, Bischof von Camin, bestätigt die Dotation eines Altars in Preuzlau mit 2 Hufen in Klinow, am 2. September 1402.

Nicolaus, Deij gratia Episcopus Ecclesie Camynensis, ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officij nobis commissi nos inducit pariter et astringit, ut ubi mentes fidelium ad instaurandum, restaurandum et augendum cultum divinum versari conspiciamus, diligenter caveamus, ne id quod per presentes pijs deputatur vñibus, per posteros usus redeat ad profanos. Quod tunc recte nos facere credimus, cum ea, que nostre ordinarie confirmationis indigeant munimine, per nostras authenticas et apertas literas stabilimus. Sane vidimus et audivimus literas cujusdam discreti viri Vincentij Damerow, oppidani in oppido Pryntzlaw, nostre Dioecesis, non raras, non cancellatas, neque vitiatas, sed omni suspitionis vitio carentes et ipsius sigillo sigillatas super vendicione, emptione et applicatione quatuor mansorum et duarum curiarum in villa et in campis ville Klinow cum attinentiis suis, pro vt in dictis literis plenius tenetur, quarum tenor sequitur in hac verba. (Urkunde vom 9. Mai 1402.)

Nos vero discreti viri domini Arnoldi Wildenitzen, presbyteri altaris dicte altaris nobis dictas literas presentantis et humiliter supplicantis, vt prefatorum mansorum et curiarum emtionem et applicationem ad Altare ante dictum, ne in futurum ad alios vsus convertantur, vel aliquid in eis immutetur autoritate nostra ordinaria confirmare dignaremur, precibus condignis inclinati, dictorum mansorum et curiarum cum omnibus et sigillis attinentiis suis, prout in literis desuper confectis expressum est, emtionem et ad ante dictum altare applicationem ad vsum et commodum altaris, qui pro tempore ad dictum altare legitime fuit institutus perpetuis temporibus promanuras ac omnia alia ac singula superius contenta et expressa, grata et rata habentes, omnia ea ac singula ratificamus et approbamus et autoritate nostra ordinaria confirmamus, nomine domini in his scriptis inhiibentes et interdicentes sub pena anathematis et maledictionis eterne, ne potestas secularis seu quisvis alius, cujuscunque dignitatis, status vel conditionis fuit, se de pretactis mansis, curijs et eorum redditibus, proventibus et attinentiis suis vniuersis, contra voluntatem altaris vel consensum, qui eo tempore Canonice institutus fuerit, aliquo modo intromittat, sicuti omnipotentis Deij et nostram vitare voluit ultionem. Datum Cuffelin, Anno Domini M^o. CDIII^o., Die crastino sancti Egidij confessoris, Nostro sub sigillo.

Aus einem Copialbuche.

CXCI. Der Rath Preuzlau's präsentirt Otto Bandelow zu dem Marienaltar in der Nicolai-firche zu Preuzlau, am 22. August 1403.

Reuerendo in Christo patri ac domino, domino Nicolao, dei gracia Episcopo Caminensi, Confules opidi Premtzlaw, obedienciam et seruicij famulatus affectum. Ad altare beate Marie virginis vacans in ecclesia beati nicolai confessoris in dicto opido per mortem domini iohannis